

Petrus Tomicius Episcopus Cracoviensis
 Vice Cancellarius Stephano de Ver-
 bentz Regni Hungariae Cancellario

96

Spectabilis et magnificae Domine amice Clarissime
 et honorande. Allatae sunt Maiestati Regiae sub
 idem tempus a Serenissimo Rege Romanorum
 et ab Illustri Domino Georgio Saxoniae Duce, item
 etiam a Domino Wilhelmo de Regendorf Literae,
 quibus omnibus eadem, de trimestribus induciis
 susceptis & castris in sequestrum Maiestatis eius
 Regiae et Illustris Domini Georgii Ducis Saxo-
 niae concedendis declarantur. Quae res tametsi di-
 em in eandem sententiam mihi est, a magni-
 ficentia Vestra per Literas communicata, Ma-
 iestati tamen Regiae Domino nostro videtur ad
 huc vacillare, quando per Serenissimum Regem
 Hungariae nihil sit hac de re, ad Maiestatem
 suam scriptum vel nunciatum. Quare cum
 haec res sit tam magni momenti, et eius condi-
 tionis, ut in illa sine utriusque partis consensu
 quippiam statuere, non videatur integrum, ope-
 re pretium ego putavi, haec ad Magnificentiam
 Vestram perscribere, cuius vicissim officii fore
 censet, ut agere velit, apud Serenissimi Regis

hui

174
sui maiestatem, quo d' induciarum imitarum d'
Castrorum ad sequestrorum manus tradendorum
rationem maiestati Serenissimi Domini nostri
explicare, Item etiam quò sumta, quibus stipen-
diis et numero militum Castra ipsa servari debe-
ant, sententiam in hoc suam communicare di-
gnaretur, expedit enim haec ad ipsius maiestatis
solum nuncio vel literis maiestatem Domini mei
tempori cognoscere: ne cum ad rem proprius ve-
niatur, difficultas nova deinceps suboriatur, que
negotium tanta cura d' labore comparatum
inficere possit. Quod enim ad maiestatem Do-
mini mei attinet, certo credat Magnificentia
Dominatio Vestra, eius animi in hanc commu-
nem Christianae Reipublicae causam esse, ut mi-
hil velit sua sollicitudinè impendiò, et operà
magis promotum vel curatum esse, quam ut ista
duorum Regum controversia per concordiam
componatur, d' que omnes reliquae permittose
Christiane dyssentiones capiant, constituente pa-
cis exemplum: Haec sunt que Magnificentia
Vestra scriptis prioribus literis ad scribere volui,
quam etiam atque etiam rogo, providere velit, his
rebus ne tarditate et mora aliquid officiat, ad
tempus enim hoc, quod breve restat induciarum
celeritate magna nobis utendum est, si publicis
commodis et communi paci cupimus et debemus, inter-
vire. Commendo me amori et benevolentiae fra-
ternae Magnificentiae Vestrae quam felicissimam
esse, et bene servam vehementer desidero. Datum. 1666